



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 11. Ejusdem Legati responsum ad Imperatoris edictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

evellentes eidem plures alias intule Sæc. XVIII.
 runt injurias, quas honestas re- A. C. 1721.
 ferre prohibet: Accesserat etiam Eu-
 nuchus *Cinsu*, qui Legato palam de-
 clarabat, quod Imperator Mandarinum
Tsong-tou severe castigare decreverit,
 eoquod Legatum nec petita Imperato-
 ris licentia, nec expositis legationis
 hujus causis Peckinum conduxisset:
 cum vero Legatus tot ærumnis, mo-
 lestiis, & afflictionibus pene confectus,
 macilentus vultuque pallidus esset, qui-
 dam Mandarinus Legato in faciem ex-
 probrabat, quod ex livoris ac rabiei
 vehementia contra Imperatorem con-
 cepta palleceret: hanc contumeliam
 haud dissimulandam ratus, reposuit
 Legatus, *tam sincera veneratione Impera-
 torem colo, ut nulla omnino adversitas eam
 imminuendo par sit, palleasco quidem, sed
 duntaxat ob intensissimum, quo crucior, do-
 lorem, eoquod infortunatus ego votis suæ
 Majestatis satisfacere nequeam: His dictis
 abiere omnes.*

§. XI.

*Apostolici Legati responsum ad Im-
 peratoris edictum.*

Vespere ejusdem diei rediere præfati
 Mandarinum unacum Europæis, qui
 a Legato responsum ad nuperum Im-
 pera-

Sæc. XVIII. peratoris edictum exegerunt. Hic ergo
 A. C. 1721. mox sequentem scripsit epistolam:

„Humiliter & fronte demissa legi
 „caracteres deductos ex illis M. V. pe-
 „nicillo rubro descriptis. Ego veni ro-
 „gaturus M. V. cum omni obsequio &
 „credidi, quod aliquæ permissiones,
 „quas habui a summo Pontifice, &
 „quas habui honorem porrigendi M. V.
 „possent mitigare, & facile reddere
 „meum negotium. Ego Nihil aliud
 „possum facere, nisi capite inclinato
 „petere veniam, & gravem patior do-
 „lorem, quod mihi non pateat alius
 „modus, quo possim meam demon-
 „strare sinceram venerationem erga
 „M. V. cujus Clementiam in terram
 „provolutus imploro: Carolus Ambro-
 „sius Patriarcha Alexandrinus, & Le-
 „gatus Apostolicus: Et si M. V. jubeat,
 „ibo ad pedes summi Pontificis, &
 „clare, fideliter, & sincere exponam
 „M. V. mentem.,

Has literas Sinice redditas Lega-
 tus Apostolicus Mandarinis tradidit,
 interim vero Satellites Pedrinum &
 Ripam Imperatoris jussu captivos ab-
 duxere, catenis quoque onustum ad car-
 ceres raptandum sparsere Patrem Visi-
 tatorem Laureati, & Patrem Josephum
 Pereiram, eoquod de Legato, dum ad-
 huc Cantone morabatur, honorifice
 locuti

locuti fuissent. Insuper die decima Sæc. XVIII.
 nona Januarii advenerant quatuor Man- A. C. 1721.
 darini, unacum multis Jesuitis, & Pe-
 drinio ac Ripa militum satellitio stipatis.
 Hi nomine Imperatoris Legato expo-
 suere. I. Quod Imperator cum Le-
 gato, sicut olim cum Maigroto dispu-
 tare velit, II. Quod multa Sinensium
 nomina ab Europæis adoptata, & no-
 minatim verbum *To lo*, a Cardinale
 Tournon, & nomen *Mà Que Itien* a
 Ripa, & verbum *Kialo* ab ipsomet Le-
 gato usitata a diversis sectis Idololatri-
 cis deriventur, & nihilominus ea Si-
 nenses in sano sensu accipiant. Pari
 ergo modo quædam, quæ recipiunt
 pravum sensum, in Constitutione pro-
 hibentur, & tamen a Sinensibus in
 recto sensu accipiuntur, proin non sunt
 damnanda. III. Quod Imperator Con-
 stitutionem cum Maigroto decreto con-
 tulerit, eamque ei simillimam repere-
 rit; cum ergo Christiani Papam cum
 speciali assistentia Spiritus sancti desi-
 nare asserant, Imperator dubitet, an
 non Maigrotus sit Christianorum Spiri-
 tus sanctus.

§. XII.

*Imperatoris notæ ad concessionem a
 Legato factas circa Ritus.*

Prius-